poſt tñ egit peni=
tentiā ſm quoſdā
de·pe·di·ij·ſi e=
nim·

Liberorū·dā
nate·cū vxore·cō
miſſe voluptates
puniende ſunt·et
eſt ita ar·ꝓ·h·q̄
dicit virū mortaliter peccare cū accedit ad vxorē cauſa libidinis·tu
dic ɔtra·et damnate dic id eſt puniende ꝓpter veniale·et ē·ſi·iiij·di·
deniqꝫ·vi·di·teſtamentū· ≈tuor ſūt gñā filiorū naturales tñ ut ɔcu
Liberi dicti ſūt q̄= binarū·naturales ⁊ legitimi ut vxorū·legit
mi tñ·ut adoptiui·ſpurij ut ſacrarū virginū et ɔſanguinearū·i·
m Deteriorē ptē ſumit·ꝭ verū ē ſm legem lumbar= ·q·vij·tali·
torum et teutonicorū·nā ſm legē romanorū ſecus·C·de rei·ven·p
totū·ff·de ſta·ho·lex nature·et de v·ſig·etiā et ſufficit ſi p momētū

q: tollit mēbra xpi ⁊ facit ea men=
bra meretricis·erūt q̄ppe duo i car
ne vna·qui non ē fidelis nec credit i
xpo menbra ſua facit menbra me=
retricis·Econtrario infidelis i for=
nicacōne ſua vtꝝ violet vel edificet
templū idolo neſcio·per vicia quippe
luxurie vel maxime demones colun=
tur·hoc vnum ſcio q̄ qui poſt fidem
xpi fornicatur violat templum dei·
Secundū opus carnis immūdicia
nuncupatur·et eam comes luxuria
ſequitur·quomodo enim in veteri le
ge de nephandis criminibus que in
occulto fiunt que nominare etiā tur
piſſimum eſt·ne etiam dicentis os ⁊
aures audiētium pollueretur gene=
raliter ſcriptura cōplexa eſt dicens
Verecundos vel verentes facite fili=
os iſrahel ab omni immundicia·ſic i
hoc loco ceteras extraordinarias vo
luptates ipaꝝ quoqꝫ opera nuptia
aꝝ ſi non cū verecundia et honeſta=
te q̄i ſub oculis dei fiant ut tantum
liberis ſeruiatur immundiciā et lux
uriam nominauit· Item greg·

**Immoderatus vſus mulieꝝ ſalo=
monē ad ydolatriam traxit·**

Salomon quippe immoderato
vſu atqꝫ aſſiduitate mulierum ad ꝭ
vſqꝫ perductus eſt vt templum ydo
lis fabricaret·et qui prius templuꝫ
cōſtruxerat deo aſſiduitate libidi=
nis et pfidie ſubtractus ydolis tē=
pla ɔſtruere non timuit·

Itē ieronim⁹· **Liberoꝝ procre
atio in mrīmonio laudatur·meretri
cea volūtas etiā in vxore dānatur·**

Liberoꝝ ergo vt diximus in
matrimonio ɔceſſa ſunt opera
voluptates autem que de meretri=
cum amplexibus capiuntur i vxoē
ſunt damnate· Queritur autem
quare tales non dicātur filij vel quē
ſuoꝝ parentū ſequantur qui ex li=

fuit i libero ventre·ff·e·ti·et ſeruoꝝ·§·ingenui· vel dic verius dete
riorē id ē debiliorē·q: femineus ſexus debilior eſt quo ad honores·tñ
et circa inſignia ꝓles patrem ſequitur ut dixi·ſ·e·dicat·
n Deteriorē·ſ·xxvij·q·i·iudei·ɔtra·ſ·xv·q·vi·cū multe·cōtra·ſed
hoc in ceteris gñaliter·ſed fallit in illis duobꝫ caſibus
o Matrē·et quātū ad ɔdicōnem et quātū ad originē·ff·ad muni·
·l·et q̄ ipugnant
teſtamentuꝫ mrīs
ut·ff·d inoffi·teſ·
ſi ſuſpecta·§·i·

bero et ancilla naſcūtur· Iſidor⁹
ethimologiaꝝ li·ix·determinat·

**Qui ſunt liberi ⁊ quā conditionē pa
rentū ſequantur·**

Liberi dicti ſunt q̄ ex libero matrimonio ɔti
ſunt·Nā et filij ex libero et ex ācilla
ſeruilis ſunt ɔdicōnis·ſemp enim q̄
naſcitur deteriorem ptem ſumit·na
turales aūt filij dicūtur ingenuaꝝ
concubinaruꝫ filij quos ſola natura
genuit non honeſtas cōiugij·Hij ve
ro qui non ſunt de legitimo cōiugio
matrem potius q̄ patrem ſequntur

Questio· v·

Quod autem
pudicicia violenter eripi n̄
poſſit multorum auctorita
tibus probatur· Eſt enim virtus a
nimi que violentiam non ſentit cor=
pori namqꝫ vis infertur non animo
Vnde quamuis corpus violenter cō
rumpatur ſi pudicicia mentis ſerue
tur illeſa tamen caſtitas duplicat̄·
Sicut beata lucia fertur dixiſſe pa
ſchaſio·ſi inuitam me feceris viola=
ri caſtitas michi duplicabitur ad
coronam·non inquinatur corpus
niſi de conſenſu mentis·nam et ſi in
manu mea thura ponas et per ma=
nū meā ſacrificiū facias deus ꝭ attē
dit qui et deridet de ɔſenſibus enim
et volūtatib⁹ iudicat de⁹· Hinc
ābroſius ſcribit i li··v·d ꝟginibus

**Melior eſt virginitas mentis quaꝫ
carnis·**

Tolerabilius ē mente ꝟginē q̄ carne habē·vtrūqꝫ
bonū ſi liceat·ſi nō liceat ſaltem non
homini caſti ſꝫ deo ſim⁹·virgo ꝓſti
tui pt adulterari non pt·vbicunqꝫ
virgo dei ē templū dei eſt·nec lupa=
naria īfamāt caſtitateꝫ·ſꝫ caſtitas
etiā loci abolet infamiam· Idem

**Mente icorrupta non corrumpitur
caro·**

Reuera nō poteſt caro· corrūpi niſi mens fuerit ante
corrupta· Item auguſtinus de

Queſtio· v·

Quod aūt
hic in titu
latur·v·
queſtio·an ſcilicet
pudicicia per vio
lentiam auferā=
tur·et dic q̄ du=
plex eſt pudicicia
animi et corpis·
corporiſ pudicicia
que integritas di
citur bene amitti=
tur per violenti=
am de qua dicitur
ꝫ·e·ille·et xxvij·
·q·i·nuptiaꝝ·pu
dicicia aūt animi
cum virtus ſit nō
aufertur per vim·
q: animo non in=
fertur vis·ut ꝫ·e·
ita nꝫ·⁊ nota q̄ ꝭ
virtus ē eadem in
virginibꝫ et in cō
iugatis et viduis
ſꝫ in virginibꝫ ap
pellatur virgini=
tas·in cōiugatis
pudicicia·xxvij·
·q·i·nuptiaruꝫ·in
ɔtinētibꝫ caſtitas
q Infertur·ab/
ſoluta que non pt
animo inferri ſed
ɔdicōnal' pt ut·ſ·
·xxiij·q·vi·vides
vel dic non pt in=
ferri aio vis·verū
eſt nō ɔſentienti·
r Duplicat̄·ar·
violenter corrup
tam nō amittere
pmiū virginū ſed
recipe duplicatuꝫ
nō tñ quo ad au=
reolam ɔſequit̄
g̃ mai⁹ pmiū ſed
nō tale q: nō coro
natur nec fulgorē
ꝟginis habebit·

Tolerabilius·
·i·ſanctius·
t Si liceat·i·ſi
u Nō hoī pt·
in corpe·
x Sꝫ do·i mēte·
y Virgo ꝓſti
tui·i·corpe p vim
corrumpi·
z Adultāri ·q:
adulteriū tm dolo
committitur·ut xxxiiij·q·ij in lectum et·ff·de adulte·l·penul·
a Nec lupanaria·homo enī ſanctificat locum nō loc⁹ hominēꝫ·ve
·xl·di·nō loca·et·c·multi·tñ ex loco q̄n pſumitur ɔtra aliquem·ut x=
viij·q·ij·diffinimus·et etiā ꝓ aliquo ut lvi di··c·i·ipſe ergo loc⁹ p
ſe nō eſt infamis nec etiā dñs lupanaris ē infamis ut·ff·de pet' here·et
ancillarum·vitari tñ debet turpis locus·ut lxxxi·di in omnibus·et iu=
dex ipm vitare debet·ut·ff·de arbi·ſicut dies·§·ſi arbiter·
Reuera·caro·i·eius corrupcō ad reatū imputari nō debet vel ad

damnacōnem eternam vel corrupcōnis non debet reā affici · obest tñ
I quo ad aureolā · et quia nō ɔsecrabitur inter virgines · ut ꝫ · ille ·
Ta ne · si aūt polluet · p ɔsēsu · b ¶ Comitē · nā ꝗ hꝫ v ꝟtutez nā
c ¶ Consentire · si · xxxi · q · ij · lotharius non eīn ꝑtecti · habꝫ oēs ·
pauptatis et cetera · ff · de ritu · nup · palam · § non est ignoscendum ·
d ¶ In potestate · nā dicit lex qua cura vel diligētia ɔsequi possum⁹
ne q̄s nobis iniu-
ria dampnum det ·
ut · ff · commodati
ad eos · et · ff · d ad
ministra · rez ad
ciui · ptinē · l · ij · § si
eo · et dicit lex ꝙ
custodia paꝝ ꝓ
dest aduers⁹ vim ·
· ff · de act · empt ·
et ven · si ea res ·
e ¶ Putauērit · ar ·
nō ꝙ debꝫ q̄s dici
ꝯpetrasse ꝙ nolēs
fecit vel passus fu
it nec debent im-
putari q̄ p coacti-
onem absolutam
fūt · ar · s · di · l · p̄s-
biteros · xv · q · vi ·
· c · i · ar · ɔtra · xxxi ·
· q · ij · lotharius ·
f ¶ Sanctificari ·
in futuro cum sua
induetur stola ·
g ¶ Sanctitatez ·
et ita corpus hꝫ
sanctitatem et ita
virtutez · ꝫ ɔtra ꝫ ·
· e · d pudicicia · q̄
virtus in animo
tm̄ est · ꝫ ideo dici
tur corp⁹ habere
q̄ futurū ē habē
post resurrectōz ·
h ¶ Pergat · no-
ta ꝙ sola itineris
arrepcō facit ali-
quā corruptā sic
itineris arreptio
hētur ꝓ appella
tione · ex̄ d ap · me
minimus · sic qui
pgit de vna milic
tia ad aliā iure se
cūde militie cēse-
tur · ff · d bono · pos ·
ex testamēto mil
tis · l · i ·
i ¶ Sanctitate · ꝫ
tñ q̄ mēte corrup
ta est post penitē
tiā p̄t ordinari q̄
quo ad legem vir
go est · ꝫ · e · finge ·

k ¶ Propinquo ·
id ē amminiculo ·
l ¶ Adultera · vi-
det ꝙ aug̃ · male i
duxit ex⁹ lucrecie
nā in veritate se-
cundum canones
adulteriū cōmisit
siue directa siue i-
directa fuerit vo
luntas · licet scd̄m
legē nō omittat⁹
nisi dolo · vt · ff · de
adul · l · penul · sed
aug̃ · inducit ex-
emplum hoc q̄si
a minori · quasi di
ceret ex quo ea q̄

ciuitate dei libro · ij · Aliena libido ne
I Ta ne aliq̄s minem polluit
polluat aliena libido · metuit̄ ·
nō polluet si aliena erit · si aūt polluet
nō erit aliena · Sꝫ cum pudicicia sit
virtus animi comitēq̄ꝫ habeat for-
titudinē potius quelibꝫ mala tole-
rare q̄ꝫ malo cōsentire decernat · nul
lus autem magnanimus et pudicus
in ptāte habet quid de sua carne fi-
at sed tm̄ quod annuat mēte vel re-
nuat · quis tādē sana scꝫ mente puta
uerit se pdere pudiciciam si forte vi
appħensa vel oppssa carne sua exer-
ceatur et expleatur libido non sua ·
P Roposito ¶ Idē · ¶ De eodē ·
animi pmanēte p q̄ d etiā cor
p⁹ sanctificari meruit ipi corpi non
aufert scitatē violētia libidis alie-
ne q̄ꝫ seruat pseuerātia sue ɔtinētie ·
an vero si aliq̄ femina mēte corrup-
ta violatoq̄ꝫ ꝓposito qd deo voueāt
pergat viciāda ad suum deceptorez
adhuc eā pgentē scām vel corpore
dicimus ea sanctitate animi p quaꝫ
corpus sanctificatur amissa atq̄ꝫ de
structa absit ꝫ error · et hinc potius
āmoneamur ita amitti corpis san-
ctitatē etiā intacto corpe · ¶ Idem
L Vcretiā matronā nobilē vete
remq̄ꝫ romanā pudicicie ma-
gnis efferūt laudib⁹ hui⁹ corpe cū
violent⁹ tarquinij regis fili⁹ libidi
nose potit⁹ esset illa scel⁹ improbis
simi iuuenis marito collatino et ꝓ-
pinquo bruto viris clarissimis et fō
tissimis indicauit eosq̄ꝫ ad vindictā
ɔstrinxit · deinde fedi in se conmissi
sceleris egra atq̄ꝫ impatiens se pere
mit · quid dicimus · adultera hec an
casta dicenda est · quis i hac contro
uersia laborabit · egregie quidaꝫ ex
hoc et veraciter declamans ait · mi-
rabile dictu · duo fuerūt ⁊ adulteriū
vnus ɔmisit splendidissime atq̄ꝫ ve-
rissime intuens in duoꝝ corpoꝝ cō
mixtione vni⁹ inq̄natissimā cupidi-
tatē vni⁹ castissimā volūtatē · ⁊ ñ qd
ɔiūctiōe corpoꝝ sꝫ qd aioꝝ diūsita-
te ageret attēdēs duo inq̄t fuert v-
n⁹ adulteriū ɔmisit · ¶ Idem ·
N On fidelibus xp̄i tedio fit ve-
stra vita · et si ludibrio sit
hostibus castitas vestra habens ve-

ram magnāq̄ꝫ cōsolacōnē si fidā cō
tinentiā retinetis non cōsensisse pec
catis eoꝝ · ¶ Idē i libro p̄mo de du
ab⁹ aiab⁹ · ¶ Nō nisi volūtate pec-
cat̄ · ¶ Idē i libro p̄mo de arbitrio
D ¶ De eodem
E pudicicia quis dubitet qui
ea sit in animo cōstituta q̄ñ quidem
virtus est · Vnde a violento stupra-
tore nec ipā eripi p̄t · ¶ Item iero ·
sup ep̄lam ad romanos libro · i ·
N On p̄t fieri ut ñ ¶ De eodē ·
quis mechetur prius i corde ꝙ
mechari possit in corpe · ¶ Idē sup
F Inge si q̄s in aliq̄ lucā li · ij ·
psecucōe aliquā virginē ꝓsti
tutā ɔgnouērit apd euāgeliū q̄ vo-
lūtate nō peccauit virgo suscipit̄ · i
lege q̄si corrupta repudiat̄ ¶ Idē ·
in libro ebraicaꝝ questionum ·
C Orpus mulieris nō vis maculat
sꝫ voluntas · ¶ Itē aug̃ · in libro de
S Icut nemo sancta ꝯgitate
impudice vtit̄ corpore ñ spū p̄
us concepta nequicia · ita nemo pu-
diciciam seruat in corpe nisi spiritui
prius insita castitate · ¶ Idē victo-
A D dn̄m ingemis- riano ·
cētib⁹ omnino suis aderit q̄
suis adesse ɔsueuit · et aut nichil in
eaꝝ castissimis mēbris libidine ho-
stili ppetrare pmittit aut si pmittit
cum eaꝝ animus nulla consensionis
turpitudine ɔmaculatur · etiā carnē
suā defendūt a crimine et q̄cquid in
ea nec ɔmisit nec pmisit libido patiē
tis solius erit culpa facientis · omnis
q̄ꝫ illa violētia nō pro corrupcōnis
turpitudine sꝫ ꝓ passionis vulnere d
putabitur · tm̄ eñi valet in mente in
tegritas castitatis vt illa inuiolata
nec in corpore possit pudicicia viola
ri cuius menbra potuerunt superari
¶ Item isidorus in sinonomis li · ij ·
Caro non peccat si a contagione a-
N nima fuerit munda ·
On p̄t corpus corrumpi nisi
p̄us corruptus fuerit animus · mun
da nāq̄ꝫ a ɔtagione anima caro non
peccat · ¶ Itē aug̃ · honorato ep̄o ·
Nō eripitur pudicicia carnis si mē
M Agis timeam⁹ te seruetur ·
ne sensu interiore corrupto pe
reat castitas fidei quam ne femine

obicōnaliter fuit coacta excusat⁹ s̄m leges ab adulterio · multo ma-
gis ea que absolute fiūt s̄m canones · ɔipa nisi absolute fuerit cō-
m ¶ Vnus adulteriū cōmisit · imo et- acta · ar · s · e · ita ne · ꝫ ꝫ ideo di
cit q̄ nō tenet⁹ ꝫ casu ad penā legis · q̄ sine dolo adulterium non cō-
mittitur · ff · de adul · l · penul · alias potius debuit mori q̄ꝫ consitire ꝫ · e ·
· § cum ergo · vides g̃ ꝙ adulterium p̄t esse ex pte vni⁹ tm̄ · et similit̄
simonia p̄t eē ex
pte vnius tm̄ ⁊ ñ
alteri⁹ · sic i giezi
et naamā · ut · i · q ·
· i · q̄ studet · ⁊ · q · iij
quesitū · et similit̄
societas · ff · ꝓsoc ·
· l · et actōne · § di-
ximus · et sponsa-
lia · ex̄ de dsponsa ·
impube · de illis · ⁊
matrimonium · ut
ex̄ de eo qui duxit
in ma · quā polluit
p adulteriū · c · i · ⁊
· s · e · q · ij · aliq̄ñ ·
D E pudicicia ·
quis · collige
de modo ꝓbacōis
omnem virtutem
esse in animo ·
o ¶ Virtus · ē aūt
virtus habit⁹ mē
tis bñ ɔstitute ꝛc̄
ut de pe · di · ij · ille
rex · ob ꝫ etiā ꝟtu
tes anime velami
na dicunt̄ · de · pe ·
di · ij · c · sapiens ·
p ¶ Eripi p̄t · q̄d
si culpa sua i hāc
violentiā icidisset
puta denuntiauit
ei marit⁹ ut fuge
ret ne vi hostium
opprimeret⁹ · illa
aūt noluit · et sic
oppssa ē ꝙ dimit
ti possit a viro sic
vidr q̄ q̄cquid ex
culpa sua ꝛc̄ · xv ·
· q · i · si q̄s insanies
· l · di · studeat · p̄su
mit̄ eñi se rapine
obtulisse · xxiij · q ·
iiij · displicꝫ · ff · q
me · cā · si mulr · ar ·
ɔt̄ ex̄ · d spō · veni
ens · xxvij · q · ij · de
spōsata · ff · d reg ·
iuris · nullū crimē ·
xv · q · vi · c · i · nec i-
putādū ē ei ꝙ cre
dula nō fuit · ff · q
cū falso tutore · l ·
· ij · et · l · di · si q̄s p̄
postera · Idē et si
peccauerit cū cre
dēdo viro suo ñ tm̄
quantū adulteriū
meretur · xv · q · i ·
inebriauerūt · Io ·
quid iuris d ꝫ ple
ne in questōibꝫ
A notaui · b ·
D dn̄z · pmit
tit · sic ñ pmisit ab
imalech · s · ꝓx · q ·
nemo ·
r ¶ Defendūt · i · ñ
imputatur ad cri
mē corrupcō car-
N nis ·
On potest · ñ

peccat· nam tunc homo peccat cū mens p delectacōnem ſubiugatur· de pe·di·ij·inter hͣ ſciendū· et ē ar·otra xxij ·q·v·ſi quis coactus·ſed ibi de odicōnali hic de abſoluta coactione·

Sicut enim· caſus·ſola volūtatis forma monetat opus·

b ¶Volūtate·directa vel indirecta ne ſit otra ·s·l·di·ſi qs· volūtate·

c ¶Debilitati·ſenio vel ſectōne vel naturali frigiditate·hͣ dic lrā q: otinentia volunta ria eſt bona non neceſſaria

S I paulus· vas·i·electum ad pdicādum·et dici tur vas q: plenior fuit alijs·

d ¶Aculeoſ·i·mo tus pmos de qui bus timebat cade re in ſecundos· et q̄ ſurgūt in nobiſ et ſine nobis·

f ¶Aliā·ſenſuali tatē ſcꝫ ſiue cōcu piſcētiam que dr lex·q: ligat ꝛ tra hit ad pecm·vnd dic alibi·ago qd nolo·

g ¶In lege·i·in pecm quod ligat hominem·

h ¶In ſemet·i· ppriā fragilitatē conſiderans·

i ¶Tu te ar·q ñ licꝫ maiori nec mi nori·ut viij·q·i·ſi q·et xi·q·i·mag num·et qd negat maioribus multo potius minoribus ·C·d reuo·donac· is ſolū·in ſi·et qd maioribꝫ digmta tibus non eſt con ceſſuꝫ hͣ ſibi ñ au deāt vēdicare mi nores·ut·C·de de cur·l·ul·li·x·

k ¶Putas·ar·q paulus fuit vgo cū ſit opacō inter eū et cuſtochiū q virgo fuit·

l ¶Suſcitare·idē dicit lex q virgi nitas reſtitui non pt·C·de rap·vir in pri·§ nonne ex oculato pt reſtitu ere viſum q̄re q non virginitateꝫ· quidam ita intelli gūt id eſt q deus non pt facē quin fuerit corrupta· q: fcm non pt eſſe non factū·ut·ff·de cap·in bello·§·facte·ſed ſm hͣ iteꝫ eſſꝫ i ceco· ſꝫn· qd hͣ dr nō refert ad carnis corrupte reſtauracōeꝫ ſed ad virginalis palme retribucōnē·et dic nō pt·i·nō ogruit eius potētie ut aureola coronet corruptas·hͣ eñ eſſet otra iuſticiā et ideo illd nō pt eē ut ar· de pe·di·ij·§·caritas· ·lo·l·i·§·ij·nā ideo dixit ptor dolus malus q: ē

m ¶Male·ar·ff·de dol· bonus·

n ¶Oleū·i·piguedinē bonoꝝ operū·vel·i·pietatē·xl·v·di·diſciplina·

o ¶Deſcēde·verba ſūt pſaie pdicētis ad lrām futurā babiloniorū ca ptiuitatē p dariū et cirū regē medorū et pſarū·ꝛ exeqt ſm hͣ pphā ad lrām quaſdam miſerias quas paupcule mulieres ſolēt ſuſtinere·et vba impatiua reſoluenda ſūt in verba futuri tpis·deſcēde id ē deſcē des·ſede·i·ſedebis·qd ideo dixit ppha pter nimiā futurarū certitudi nem et ē ar·q vbū pñtis tpis ponitur p vbo futuri·ſic exſponit tra dit·id ē traditurus ē·ff·de pbli·l·i·et ē ar·ff·de v·ſig·vbis·ſic eōtrio verbū futuri p pñti·ut·s·di·xxi·in nouo·l·di· poderet· et exponitur

cōſtuprentur violenter in carne·q: violentia non violatur pudicicia ſi mente ſuatur·quoniam nec quis in carne violatur qñ volūtas pacien tis turpiter carne nō vtitur·ſed ſi ne conſenſione tollerat qd ali9 opat

¶Item iohes criſoſtimus ſup ma theum· Nec pecm nec iuſticia op ratur ſi ſine volūtate perficitur·

Sicut eñi peccatū opus ſine vo luntate non facit·ita et iuſti cia ex opere nō conſummatur niſi et voluntas affuerit· multi eñ corpore quidem caſtitati ſtudent· adulteri um quidem voluntate committunt cum dominus dicat· qui viderit mu lierem ad concupiſcendum eam iam mechatus eſt eam in corde ſuo ergo volūtas ſine opere peccat fre quenter· Illa ergo eſt glorioſa con tinentia quā tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitati corporis ſed q complectitur voluntas ſancti ppoſi ti· ¶Iteꝫ ieronimus in epiſtola ad euſtochium· Virginitas carnis nō ſeruatur mēte corrupta·

Si paulus apoſtolus vas elec tionis et preparatus in euangelio xpi ob carnis aculeos et incentiua viciorum reprimit corpus ſuum et ſeruituti ſubicit ne alijs predicans ipe reprobus inueniatur·et tamen vidit aliam legeꝫ in ſuis menbris re pugnanteꝫ legi mētis ſue et capti uantem ſe in lege peccati ſi poſt nu ditatem ieiunia fames carceres fla gella ſupplicia in ſemet reuerſus ex clamat·infelix ego homo quis me li berabit de corpore mortis huius·tu te p utas ſecurū eē debē·queſo caue

a iero·hͣ lrā moraliter circa ſidelē animā que puaricata ē p pecm·et hͣ duobꝫ modis·vel inuitādo ad penitentiā et tūc ppe tenentur verba deſcēde ·i· humiliare p pñiam· et ſede in terra·i·in cinere et cilicō·

p ¶Virgo·i·ſterilis· vel vgo prius·filia babilonis·i·filia ofuſionis·q: mens tota facta ofuſa ē de pe·di·i·§·hͣ idem·v·itē ut xps ait·

q ¶Caldeorū·caldei grece feroces intelligūt valde eñ feroces ſūt qui pprias volun tates ſequētes nō moribꝫ ſuiſ poere ſciūt· et eſt calda regio babilonia ci uitas eſt i ea ſita·

ne qñ dicat ꝛ de te deus virgo iſra hel cecidit et non eſt qui ſuſcitet eā· Audacter dicam cum omnia poſſit deus·ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam ·valet quidem liberare de pena ſed non valet coronare cor ruptam ·timeamus illam pphetiaꝫ ne in nobis etiam cōpleatur·et vir gines bone deficient· obſerua quid dicat·et virgines bone quia ſunt et virgines male·qui viderit iquit mu lierem ad concupiſcendum eam iaꝫ mechatus eſt eam in corde ſuo·pe rit ergo etiam mente virginitas· iſte ſunt virgines male virgines cā ne non ſpiritu· virgines ſtulte que oleum non habentes excluduntur a ſponſo· ſi autem et ille que virgines ſunt ob alias tamen culpas virgini tate corporum non ſaluantur·quid fiet illis que proſtituerunt menbra criſti et mutauerunt templum ſan cti ſpiritus in lupanar· Ilico audi ꝛ pphetam dicentem· deſcende ſede in terra virgo babilonis filia ſede in terra·non eſt filie caldeorum tron9 non vocaberis vltra mollis et deli cata·accipe molam ꝛ mole farinam diſcooperi velamen tuum· denuda crura tua tranſi flumina·reuelabi tur ignominia tua ·apparebunt op probria tua et hoc poſt thalamum filij dei poſt oſcula fratruelis et ſpō ſi· Illa de qua quondam ſermo pro phеticus concinebat · aſtitit regi na a dextris tuis in veſtitu deau rato circumdata varietate nudabi tur et poſteriora dorſi eius ponen tur ante faciem eius· ſedebit ad a quas ſolitudinis et poſito vaſe·

r ¶Tronus ·id ē dignitas regalis auferetur ei·

s ¶Delicata id ē āmodo non viues in delicijs·

t ¶Mole farinaꝫ diſcoopi· p pau ptate·vl' alias tro nus id ē remune racō eterne vite·

v ¶Nō vocaberiſ mollis et delicata quo ad virtutes ſupple et niſi pe nitueris·

x ¶Accipe molā· timoris p otricōꝫ

y ¶Mole farinā· ·i· examina pcca tua et malas co gitacōeſ diſcoopi ·i·oftē pcca tua·

z ¶Denuda·per cōfeſſionem·

a ¶Trāſi flumi na·i·dſere caduca ꝛ fluētia ſupple q niſi hͣ feceris re uelabitur·ꝛc·

b ¶Obprobria·i die iudicij·de pe· di·i·§·ñ ita·expo nitur etiā miſtice hͣ lrā ita q impro peret viciuꝫ fideli anime·ꝛ tūc reſol uūtur verba in p teritū tps·deſcēde id eſt dſcēdiſti ab altitudine virtutū ad vicia· ſede in terra·i· ſediſti tre nis infecta virgo ut prius·non ē filie caldeorū id eſt nō mutat·accipe mo lam·id ē accepiſti mūdanorū rerū cu/ cuitum· mole·i· moluiſti·id ē diſſi paſti cogitacōes tuas eas effectui mācipando ·diſco operi·i·diſcoopuiſti ipocriſim tuam·mō eñ apparet qualis prius exti teris·diſcooperuiſti te virtutibꝫ·nam virtutes velamina ſunt anime de pe·di·ij·ſapiēs·denuda crura tua·id eſt p ofeſſionē denudaſti actio nes tuas·tranſi flumina·id eſt tranſiſti p tpalia eis iherendo·ꝛ idcirco reuelabitur·ꝛc·

c ¶Hoc poſt thalamū·hec lrā vult q pcedens· moraliter intelligatur ·et eſt ſenſus·id eſt poſtqꝫ receſſiſti a ſpōſo tuo fratruele id eſt xpo·xpus enim ꝛ eccleſia ſūt fratrueles q: de iacob criſtus·de eſau eccleſia·id ē de gentibꝫ pceſſit·et hec ſūt vba ieronimi

d ¶Regina·id eſt quelibet virgo vel ſancta eccleſia·

e ¶Deaurato·caritate et caſtitate·de pe·di·ij·principium·

f ¶Nudabit·veſte vtutū vl' bonoꝝ operū· ¶Et poſteriora ·i·pcca que habuit qſi poſt dorſum relicta cū an̄ ſe ea debuit hrē·

h ¶Ponētur·in futuro ſeculo· i ¶Ad aquas·inter hereticos·

k ¶Et poſito·id ē depoſito· l ¶Vaſe·ſcꝫ cordis·

m ¶Diuaricabit·id ē diuidet et omitet varios effectus·

a ¶ Tranſeunti·i·demonibꝰ·vel·i·omibꝰ opa ſua · quia ibi oīa omnibꝰ apta erunt·
b ¶ Tranſeunti·trāſiens dr̄ diabolus qꝛ dicūt· anime ipi diabolo incuruare ut trāſeamus ſup te exinanite vſqꝫ ad fūdamētum in ea·de pe·di·iij·in ſalicibus·
c ¶ Quā ad altiora·ar·ꝙ melius ē nō incipe ꝙ̄ ab incepto deſiſtere melius eſt enim nō vouere quam a voto cadere·xij·q·i·certe·xxvij·q·i·nuptiarum·

criminibꝰ·ut xxxiij·q·i·ſi ꝓpterea·ſed ſecūdum leges ſolo animo non omittitur furtum·ut·ff·de acquir̄·poſ· poſſidere ·§·ſi rem · nec adulterium·ff·de adul·l·penul· p ¶ Diſtinguitur·p oceptum·
I lle·incōtaminatis·ſcilicet mente et corpore·
r ¶ Cōparare·ex toto ut velint ꝯſecrari inter virgines· ar·di·xxvi·acutius·s·e·q·c·finge·vel ut aureolam habeant·licet ſit ar·ꝯtra·C·de nuptijs impal·v·nam omnis·

d ¶ Ciuitas·id ē anima que agit bene· de·pe·di·iiij in domo·
e ¶ Demones·id eſt praue cogitacōnes·
f ¶ Sireneſ·i·delectacōnes · que emergebant·
g Ericij · erores vl' eē ſollicitudieſ humane q̄ pūgūt hominem·
N Ec ſolo ·impudicos·hoc perpenditur ſi fūt vagi ut·s·di ·xxiij· hijs igitur·et vnde illud · auerte oculos tuo· ⁊c·
h ¶ Tacente·ar· ꝙ opibꝰ loquimi ſicut et verbis · ·ut·xliij·di·ſit rector·et·xi·q·iij·ex iſtimant· extra de ap·dilecti·extra d' ſpon·cum apud · ſic·ff del'·iij·nutu etiam·
Q Vi viderit· ad ꝯcupiſcendū· hoc ſcꝫ animo et dat operaꝫ quam poteſt·
i ¶ Iam mechatus eſt eam · hoc verum eſt in coniugata·nā cum ſoluta nō omittit᷑· ſed nunquid imponemus iſti tantam penitentiam? ac ſi factū inueniſſet· ſic·ſꝫ nō tā grauē
m ¶ Adulteriū·i·fornicacō·
n ¶ Vel ordine· nota ſm varietatem loci vel ordis aliquem plus minus ꝑe peccaē·ar·di·xi·homo xpianus · xxiij ·q·viij· occidit·s· xvij·q·iiij· quiſquis ·ff· de penis· aut fcā·§·locus·xxv·q·i· nulli phas ·s· ·xxxi·q·i· de hijs qui frequēter vxores·de peni·di·i· aut facta·
o ¶ Studioſa·nō vidꝛ hoc verum ꝙ tm̄ peccet clericus ſtudioſa ꝯcupiſcentia quātum laicus ipſo facto·videtur enim ꝙ magis peccet clericus ſtudioſa ꝯcupiſcētia·nā tm̄ peccat quilibꝫ ſtudioſa volūtate omittēdi adulteriū quātū ipo facto·ꝭ·de·pe·di·i·ſi cui· et ita vel equaliter peccant vel clericus magis ꝓpter gradum altiorem quam laicus·qd̓ ergo hic dicitur referas ad eccleſie ꝯ ꝓpinionē n̄ ad viri eſſentiā·ſicut ergo ſm canones omittit᷑ adulteriū ſolo animo ſimiliter piurium·ut·xxij·q·v·qui piurare·item in furto et in alijs·

diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti et vſqꝫ ad verticem polluetur rectius enī fuerat hominem ſubiſſe ꝯiugiū et ambulaſſe p plana quā ad altiora tēdentem in ꝓfunduꝫ iferni cadere·non fiat obſecro ciuitas meretrix filia ſyon ne pꝰ trinitatis hoſpiciū ibi demones ſaltēt ⁊ ſirenes nidificēt et ericij· ¶ Itē aug· de xpiana fide· Corpe itacto nōnūꝙ̄ vgi nitas amittit·

N Ec ſolo affectu et tactu ſed aſpectu ꝗꝫ appetitur et appetit concupiſcentia feminaꝝ · nec dicatis vos animos habere pudicos ſi habeatis oculos impudicos· quia impudicus oculꝰ ipudici cordis eſt nūtius·et cū ſe ſibi inuicem etiā tacēte lingua conſpectu mutuo corda nūtiāt ipudica et ſm ꝯcupiſcētiā carnis alterutro delectant᷑ ardore·etiā intactis ab imunda violatione corpibus fugit caſtitas ipa d' moribꝰ· ¶ Itē aug· Adulteriuꝫ ꝑpetrat᷑ cum nupta vel cum innupta turpiter ꝯcupiſcitur·

Q Vi viderit mulierē ad cōcupiſcendū eam iam mechatus eſt eaꝫ in corde ſuo·qꝛ enī greco vocabulo adulter mechus dr̄ cum nō aliena ꝯiūx ſꝫ mulier videri ꝓhibetur·apte veritas oſtendit qꝛ etiā ſolo viſu cū turpiter vel innupta ꝯcupiſcitur adulterium ꝑpetrat᷑· qd̓ tm̄ plerūqꝫ ex loco et tpe vel ex ordine ꝯcupiſcentiū diſcernit᷑· qꝛ ſicut hūc in ſacro ordine ſtudioſa ꝯcupiſcentia ſic illum adulterij inq̄nat culpa· in pſonis tm̄ nō diſſimilibꝰ idem luxurie diſtinguitur reatus· ¶ Quamuis aūt violenter oppſſe pudiciciaꝫ nō amiſerint in cōtaminatis tm̄ ſe n̄ audeant exequare virginibus·

¶ Vnde leo papa· Que opprimūtur incontaminatis vginibꝰ ſe cōparare nō audeant

I lle aūt famule dei que integritatem pudoris oppſſione barbarica pdiderunt laudabiliores erunt i humilitate ac verecundia ſi ſe incōtaminatis nō audeāt ꝯpare virginibus · ꝙ̄uis enī omne pccm ex voluntate naſcatur et potuerit corrupcōne carnis mēs inuita nō pollui· minus tm̄ hoc illis oberit ſi qd̓ potuerunt aīo non amittē ſe doleant vel corpe pdidiſſe ¶ Cū ergo hꝫ que violentiaꝫ paſſa ē pudiciciā amiſiſſe probari nō pt̄· nullo modo ꝯuincitur fornicationis vel adulterij crimē incurriſſe·ut enī ait aug·in libro de bono ꝯiugali·adulteriū ꝯmittitur cū vel ꝓprie libidinis inſtinctu vel aliene cōſenſu cū altero vel altera ꝯtra pactū ꝯiugale ꝯcūbitur· atqꝫ ita frāgitur fides q̄ in rebꝰ corporeis et abiectis magnum animi bonū eſt·et ideo ei ſalutē ꝗꝫ corpalē q̄ etiā vita iſta ꝯtinet᷑ et certū ē debere poſtponi· ¶ Item iſidorus ſup exodū· Mechat᷑ qui alicui ꝑter matrimonij fedus miſcetur

N On mechaberis id ē nec q̄ſꝙ̄ preter matrimonij federa alijs feminis admiſceatur ad explendam libidinem·nā adulteriuꝫ facit q̄ pt̄ ſuā ad alterā accedit· ¶ Iteꝫ aug·de adulterinis ꝯiugijs·

Qui vxorē ſuā viuēte aliā ꝯgnoſcit adultīū ꝯmittit·

P Vto xpianū neminē reluctari adulterium eſſe qui vel diu languēte vel diu abſente vel ꝯtinēter viuere cupiēte relicta vxore ſua alteri ꝯmixtus ē femine· ¶ Cum ergo nichil horꝫ in iſta dephendatur fuiſſe · qꝛ nec ꝓpe libidinis inſtinctu nec aliene cōſenſu nec viro ſuo languēte vel abſente vel ꝯtinēter viuē cupiēte adheſit alij·ſed violēter aliena libidine oppreſſa vim pertulit· apparet ꝙ nec adultera nec fornicaria dici poteſt Vnde nec aliqua occaſione valet dimitti · cum enim iudei quererent

s ¶ Doleant · qꝛ forte peccatū pecedēs hꝫ eis accidit alias quare dolebunt cū nō peccauerunt·
t ¶ Vel corpore· ſed peccatum originale quod eſt i eis ꝓpter qd̓ pn̄t corrumpi·
u ¶ Inſtinctu·ut cū a ꝓpetit et inſtigat aliquē ad coitum·
x ¶ Vel aliene·ut cū appetit et ꝯſētit aliene libidini·
y ¶ Fides· ꝯiugalis·ꝙ̄ alter ꝯiugū alteri debꝫ ſuare ſcꝫ ne cū altero vl' cū altera coeat
z ¶ Et abiectiſ·i· in quantumcunqꝫ vilibꝰ valet fides cōiugalis·
a ¶ Corpaleꝫ·ar· ꝓ leproſis· et extra d' ꝯiug·lepro· quoniā·qꝛ potius piculum corporis ꝙ̄ anime incurrēdum eſt cū alterū vitari non poteſt ar·xi·q·iij·nō ſolū·xxij·q·v·c·i·
N On mechaberis·explēdam·nec etiā ob aliam cām·
c ¶ Qui pt̄' ſuā· et ita ille tātum ꝯmittit adulteriuꝫ qui habet vxoreꝫ vel que eſt ꝯiugata·qn̄qꝫ tm̄ large ſumit᷑ adulteriū ·s·q·iiij·nemo·
P Vto languē te·ꝭ·e·q·vij· qd̓ ꝓpoſuiſti · cōtra · ſolucō ·illud falſarijs dictū illd̓ autēticū eſſe vidꝛ vel illud deſponſata tantū illud d' cognita· vel illud reprobatū hꝫ diuina auctoritate firmatum·vel veriꝰ dic quod illud de arta loquitur·
e ¶ Abſente·xxxiiij·q·i·cū p belli cam·ꝯtra·ſꝫ ibi de illo qui neſcitur viuere·hic de illo qui certe ſcitur viuere·
H Orrendus·ſemel·ar·ꝙ ſufficit ſemel ꝯſentire ut·s·di·iiij·i iſtis et·viij·q·ij·dilectiſſimi·et ar·ff·de mu·et ho·ut gradatim·§·i·ar·cōtra·s·xij·q·i·certe·ar·cōtra·C·de repu·her̄·l·vl·C·de nō nu·pecu·generaliter·ff·de nego·ge·pompōius·ar·s·iij·q·iij·offeratur·s·di·lxxij·
g ¶ Putat·ar·ff·ad·l·acquiliam·ꝓinde·ar·ff·de edil'· placuit· edict·cum eiuſdem·et·l·plerumqꝫ
h ¶ Mutas·pronia eſt·

a ¶ Riualem·riuales ꝓprie dicūtur qui ꝑ eundē riuū aquam ducūt· ut·ff·de aqua·co·et eſti·l·i·ſil'r hij exquiſita ſilitudine riuales dicūt² qui cū eadē muliere hn̄t ꝯſuetudinē cū q̄ accedūt q̄ſi ad eūdem riuū· b ¶ Incognita·an ſit iuſta vel non·id ē nō ꝓbata cauſa

S I vxorē·horribile·ar· ꝓ leproſis ꝙ nō debent dimitti·ut ex̄ d. ꝯiug·lepro·c·ij·vn̄ et·b·dic̄ ꝙ eū ſequi mulier debet·ꝓ·b·ē ar·xiij·q· ·ij· vnaqueqꝫ ·et ex̄·e·qm̄·qd̄ autē dr·ex̄·e·c·i·ꝙ non cogitur ſequi pt̄ itelligi in eo caſu qn̄ reliquus ſ; nō petit·nā ſi peteret bn̄ teneret ſequi· ut·ex̄·e·c·qm̄·vl' dic ꝙ illd̄ nō tenꝫ qd̄ ibi dr̄ q: ē ꝯt̄ ꝑceptū dn̄i·ſ; po= ne ꝙ vir vult reti nere apd̄ ſe vxorē leproſam nunq̄d pt̄· vidr̄ ꝙ ſic·q: vxor tenet virum ſequi ſ; nō ecōuer ſo ut xiij·q·ij·vna queqꝫ·econtra vi/ detur ꝙ vicinia n̄ tenetur pati il= laꝫ eſſe inter eos q: de iure debꝫ re moueri ab alijs ut ·s·di·vi·teſtamē tum· et xxxiij· ·q·ij·ſ; ipm·⁊ ex̄ de ec·edifi·c·ij·et etiā de ꝯſuetudīe ut ex̄·e·qm̄·ego credo ꝙ alter re liquū debeat tali= ter ſequi ut qn̄qꝫ veniat·ad ipm·et quāāto ſoluit de= bitū recedat·ſed ſponſa de futuro etiaꝫ ꝓpter alias deformitates non tenetur ſequi ſpō ſum·ut ex̄ de iur̄· iur̄·quēadmodū·

P Recepit·re dundat·naꝫ vbi par racō par debet eſſe iudiciū· ·ff·ad·l·acq̄li·l· illd̄·ꝫ·q·ꝓx·nl· b ¶ eadē ·i·eiuſ= dem gn̄is·nam in veritate due ſunt ſuitutes·ut ex̄ de ꝯuer·ꝯiu·quidā· c ¶ pari·ar·d̄ q̄ bus par racō at= tēditur ſimile de= bet eſſe iudicium f ¶ Condicōne· quo ad debitum reddenduꝫ et fidē ſuanda nō autem in alijs vt potes ponē per exempla ·ff·de hijs q̄ no· infa·vxores·xxx= iij·q·v·manife= ſtū et·c·noluit·et ·c·ſ; ymago·xxx/ iij·q·i·ſi q̄s acce= perit·nam in uoto abſtinentie vir ē maior ſil'r in accu ſacōne ſm leges·

a xp̄o vtꝝ liceret homini vxorē ſu= am dimittere quacūqꝫ ex cauſa·re= ſpondit eis·nunquid legiſtis quia q̄ fecit eos ab initio maſculum et fe= minam creauit eos·quos ergo de= us ꝯiunxit homo nō ſepet·deinde ſer monē ſuū ita ꝯcluſit dicens·neminē poſſe dimittere vxorē ſuaꝫ excepta cauſa fornicacōnis·Hinc apl's ait ī epl'a ad corinthios·hijs qui matri monio ꝯiūcti ſunt ꝑcipio nō ego ſ; dn̄s vxorē a viro nō diſcedere·Vnd̄ datur intelligi ꝙ qualeſcunqꝫ fue= rint vir et vxor ex quo ꝯiugali af= fectu ſibi adheſerint vlterius abin= uicem diſcedere nō valēt· ¶ Vnde ambroſius in exameron·ti·diei·iiij· ſcribit **Qualiſcūqꝫ ſit vir ex quo ſemel placuit nō eſt dimittendus·**

H Orrendus et incultus eſt vir qui ſemel placuit·nūquid vir alius eligendus ē ꝯparē ſuū equus diligit ⁊ ſi mutetur alius trahere iu gum neſcit cōpar alterius et ſe non totū putat·tu ꝯiugalē tuū repudi= as et ſepe putas mutandū et mutas et ſi vno defecerit die ſupduc riua= lem et ſtatim incognita cauſa q̄i co gnitā pudoris exequeris iniuriam· ¶ Itē aug· **Similiter de vxore intelligat̄**

S I vxorē q̄s habeat ſterilē ſiue corpe deformē ſi= ue debilē mēbris vel cecā vel claudā vel ſurdā·vel ſi q̄d aliud ſiue morb̄ ſiue laboribus doloribuſqꝫ confectaꝫ et quicquid excepta fornicacōnis cā cogitari pt̄ vehementer horribi= le ꝓ ſocietate fideqꝫ ſuſtineat· ¶ Iteꝫ ieronimus ad occeanum de morte fabiole· **Nō licet vxorem di mittere viro n̄ fornicacōis cauſa·**

P Recepit dn̄s vxorē nō debere dimitti excepta cā fornicacō nis·et ſi dimiſſa fuerit manē innup= tam·quicq̄d viris ꝑcipitur hoc con= ſequenter redūdat ad feminas·ne= qꝫ em̄ adultera vxor dimittenda ē et vir mech⁹ retinēdus ē· Itē apd̄ nos qd̄ n̄ licꝫ feminis eque nō licet vi ris·et eadē ſuitus pari ꝯdicōe cēſet ¶ Item ex concilio tolet·xij· **Cōmuniōe priuet̄ q̄ extra fornica= cōis cām vxorē ſuā dimittit·**

P Receptum dn̄i eſt vt excepta cauſa fornicacōis vxor a viro dimit ti non debeat·et ideo quicunqꝫ extra culpā criminis ſupdicti vxorē ſuaꝫ quacūqꝫ occaſione reliq̄rit·q: quoſ deus ꝯiūxit homo ſepare diſpoſuit· tamdiu ab eccl'iaſtica ꝯmūione pri= uatus et a cetu omniū xp̄ianoꝝ ma neat alienus q̄ꝙdiu ſocietatē relicte cōiugis āplectatur ſinceriter et fo= ueat· Itaqꝫ iaꝫ admoniti a ſacerdo te ſemel et bis et ter vt corrigant̄ ad ſue ꝯiugis noluerint redire con= ſortiū ipi ſe ſuis meritis ⁊ a palatine dignitatis offitio ſepabunt ·et inſu per generoſe dignitatis teſtimoniū quādiu ī culpa fuerint amiſſuri ſunt quia carnē ſuam diſcidij iugulo tra diderūt· ¶ Itē nicola⁹ papa ad cō ſulta bulgaroꝝ· ¶ De eodem·

Q Vicquid mulier ꝯtra te cogi tauerit vel ſi te accuſauerit nō ē excepta cā fornicacōnis reiciēda vel odio ꝓſus hn̄da· ¶ Sed querit̄ cū ſit par vtriuſqꝫ cōdicō cur ꝯmu= nicantes viri cū adulteris vxorib⁹ nō ꝯueniāt ·cū ecōtra vxores in cō ſortio adulteroꝝ viroꝝ manē vide ant· ¶ De hijs ita ſcribit innocēci us papa **In vtroqꝫ ſexu rōne pari**

X p̄iana religio **adultīuꝫ punit̄** adulteriū in vtroqꝫ ſexu pari racōne ꝯdēnat·ſ; viros ſuos mulie= res non facile d̄ adulterio accuſant et non habent latentia pcc̄a vindi= ctam·viri aūt liberius vxores adul= teras apud ſacerdotes deferre con ſueuerunt·et ideo mulieribus ꝓdito crimine eaꝝ ꝯmūio denegatur viro rū aūt latente commiſſio non facile quiſq̄ꝙ ex ſuſpitionib⁹ abſtinet qui vtiqꝫ ſbmouebitur ſi eius flagiciuꝫ detegatur·cū enim par cā ſit inter= dum ꝓbacōne ceſſante vindicte ra tio ꝯquieſcit· ¶ Ecce ꝙ iſta dimit= ti nō valet cū a fornicacōe innocēs inueniatur· **Q VI**

S Ed ponatur ꝙ ipſa ſit adul tera·queritur ſi adulter poſſit dimittere eam cauſa fōnicati onis·Non enim videtur ꝙ pari cri= mine infectus alium de eodem puni= re poſſit·vnde cum iudei adulteram accuſarent equitatis ſententiam a domino acceperunt·quicunque

ſ; ſm canones non ab imparia iudicātur·ut ·s·e·q·i·ſi q̄s·i·et vir pt̄ ſtatim ꝯtrahē poſt mortē vxoris·ſ; mulier nō pt̄ ſtatim poſt mortem viri ſm leges·C·de ſecū·nup·l·i· =ſi aliquis ꝯtēnit excōicacōꝫ ꝙ iu

P Receptū·dignitatis·ar·ꝙ= dex ſecularis vel dn̄s illius pt̄ euꝫ ꝑuare feudo ſuo·Itē·ar·ꝙ ſi vn⁹ eps ꝓpter excōicacōeꝫ alicui⁹ aufert ꝑbendā·ſil'r et alius pt̄ ei auferre id ꝙ ab ipo habꝫ·ut vij·q· ·i·ſi q̄s preſbr̄ ·et ·xi·q·iij·ſi quis a ꝓprio·Itē ar·ꝙ quicq̄d plat⁹ vel alius facit tpe ex cōmūicacōnis qd̄ nō valꝫ·ut·vij·q· ·i·fact⁹·⁊ xxv·q· ·i·ꝯē·⁊ d̄ ꝯ·di·i·ſ; g̊·xij·q·ij·aliena= cōnes Itē ē ſ; ar· ꝙ poſtq̄ꝙ q̄s peni= tuit de crimine ꝙ poſſit recipi in te ſtem licet manife ſtū fuerit eius cri mē qd̄ verū ē ī ci= uili ſecus in crimi nali·ut ·vi·q·i·q̄ crimē·⁊·c·illi q̄·⁊ ·iiij·q·i·c·i·⁊·iij· q·iiij·beat⁹·h·tn̄ ſbaudit ſ; maxie Io·ſ; hodie exp̄ſ= ſum eſt·ex̄ d̄ teſti· teſtimonium·b· h ¶ Quādiu·s· vi·q·i·illi·

Q Vicq̄d cogi tauerit ·ar·ꝯt̄·ex̄ de diuor·c·i·C·d̄ repudi·l·i·ſ; illud non tenet· k ¶ Cōmūicātes· ·i·ſil'r adulteriū ꝑ petrātes ſic̄ ⁊ mu= lieres·· l ¶ Nō ꝯueniāt· ut poſſint accuſari d̄ adul·ſic̄ vxoreſ

X p̄iana·ſacer dotes·adul teros tm̄ ab eccl'ia iudicātos ·xxxiij· q·ij·ſeculares·ꝫ·x xxv·q·vi·inl'toꝝ· m ¶ Detegat²·ſ; manifeſte habes ꝙ vxor pt̄ accuſa re virū de adulte rio licꝫ ſecus vide aē ſm legeꝫ·de ſ; no·g·e·q·i·§·hoc in mulierib⁹· n ¶ Vindicte·q̄ſi diceret non d̄ficit ius ſ; ꝓbacō·ut ·ff·de teſta·tu· duo ſūt tierj· p ¶ Conquieſcit· quo ad ecc'iam·ec cleſia·n·n̄ iudicat de occl'tiſ·xxxij·di· erubeſcant·potius eīn opionē ſequit̄ q̄ꝙ veritatē·ar·iij· ·q·vij·§·tria·

Queſtio ·vi·

S Ed ponat̄·ſ; queſtio nichil ha= bet queſtionis qui alter alteram poſ ſit repellere per

excepcõnem ut .ꝗ.e.c.i.extra de diuor.ſignificaſti. denunciare tamen pͦt vir adulter crimē vxoris adultere.et maxime ſm opinionē.h.aliē enim non poſſet ei ↄſuli cū accuſare nō poſſit.qđ nō ↄcedo ꝙ aliquis criminoſus poſſit denuntiare crimē alterius niſi penituerit de crimine Sunt autem ſeptem caſus in quibꝰ maritus repellitur ab accuſacõne adulterij.vnus eſt ſi ipe etiam fuerit fornicatꝰ.ut h.c.i.ſecūdꝰ ſi vxō vi fuerit oppſſa.ut.s.e.q.v.ita ne tercius ſi credebat maritum mortuū.ut xxxiiij.q.ij.cum per bellicā.quartus ſi alē ſub ſpecie mariti ↄgnouit eam.ut xxxiiij.q.ij.in lectum.q̄ntus ſi dedit ei occaſionem fornicandi.ut ex̄ de eo q̄ ↄgno.cōſang.vx.ſue.diſcrecõnē.ſextus ſi maritus poſt adulteriū tolerauit eā.ar.s.e.q.i.ſi q̄s vxorē.et.c.ſicut.ff.ſolut.ma.cū mulier.ſeptimus eſt ſi ē adulterata an̄ baptiſmū.ut extra de diuor.gaudemus.

a ¶In illā.nā ſi aliqđ pccm̄ habebat mortale erat quia cerimonialia delebat venialia.tm̄.de.pe.di.vi.c.i.ff.de dolo ſi duo.

NIchil iniquius.i.iniquum eſt yparbolice loq̄tur.

c ¶Cõuincit̄.ſ q̄liter pͦt maritus ↄuinci de adulterio q̄ pͦmo cepit vxorē ſuā accuſare đ adulterio.nā accuſatori nunq̄ pͦt par vel minus crimen obici.ut.iij.q.vi.neg.āda g̃ ſimplex adulterium nō pͦt obicere viro niſi velit obicere ei adulterium inceſtuoſum vel adulteriū cū aliqua cõiugata.Rn̄.ſi directe vnꝰ vult agē ↄtra reliquū tūc pferendꝰ eſt pͦmus accuſator vel actor.ſi autem vxor vult agere i modū excepcõnis pͦus auditur.et ꝓbata excepcõne repellit maritum.ut ex̄ de or.ↄgni.cū dilectus.ſ adhuc obicitur ex quo vir ꝓpriam iniuriā ꝓſequitur nō pͦt eū mulier repellere p aliq̄ excepcõnē vt.iiij.q.vi.omībꝰ.nā ibi đr ꝙ in cā ſua quilibꝫ infamis admittitur.ſ dicimus h̄ ſpeciale eſſe in adulterio et lenocinio.h̄ enī excepcō adulterij vel lenocinij repellit agentem.ut ex̄ de diuorc̄.ſignificaſti.ꝛ ex̄ de eo qui ↄgno.cōſang.vx.ſue.diſcrecõnē.ff.ſolu.ma.cū.mulier.ij.C.de adul.q̄n alexandrum.ſ huic ↄtradicit lex.ff.de adul.l.ij.§.ſi publico.vbi đr ꝙ excepcō lenocinij vel adulterij nō repellit maritū.ad hoc ſolet dici ꝙ illa lex loquitur q̄n poſt litem ↄteſtatā obicit̄ lenocinij crimen vel adulterij.et dicūt quidā ſpāle in adulterio quod poſt lit.ↄt.nulla replicacō vel excepcō admittat̄.et ad ſolucõnē ſuam ↄfirmandā inducūt iſtđ.ff.de adulte.ſi maritus.§.pſcriptiones.nā ibi dicit̄ ꝙ poſtq̄ nomen accuſati fuit receptum inter reos nulle preſcripcõnes admittūtur.h.tn̄ dicit ꝙ ſi ante lit.ↄteſt.non credebat adulterium accuſatorē ↄmiſiſſe et poſtea ſciuit bn̄ pͦt excipe ↄtra eū.ſ tn̄ huic pdictꝰ.§.ſi publico.ↄtradicit.nā ibi đr ꝙ excepcō pꝰ lit.ↄt.fuit admiſſa.ſed intellige ꝙ admiſſa fuit de facto.

b ¶Purgatus.i.immunis.nō enī ſufficit ꝙ ſit purgatus.nā licꝫ vxor peniteat de adulterio ſi tn̄ virū adulterū velit accuſare repellit̄ excepcõne.nā cū pꝰ penitētiā vir poſſꝫ eā accuſaē multo fortius excepcõe repellē.ar.ꝗ.pxi.cā.q.ij.āmonē ar.ff.đ re.iur.iuitꝰ.§.credamus.ſed quid ſentis ſi vir eam ſibi recõciliauit et poſt vir adulteratur.ſi enī eū vxō velit accuſaē poterit eā repellē excepcõne adultij qđ vxor ↄmiſit et ipe remiſit recõciliādo eā ꝛ etiā deus cū iā ipa penituit Rn̄.ſic q̄r q̄dā poſſumꝰ ↄſeq̄ excipiēdo que nō poſſumꝰ cõſequi agēdo.q̄r q̄ crimē intēdit vitendū ē ſi ipe pꝰ fuēit criminoſꝰ.ut.vi.q.i.q̄ crimen.ar.ↄtra.xxij.q.iiij.ſi illic.ego dico ꝙ viro n̄ ↄpetit exceptio cū iā ſit ab eo remiſſa.ut.ff.de edil.edic.querit.§.ſi venditur.

SI dicturi.h̄ q̄tuor capl̄a loquūtur de eadē materia.

f ¶Intactā.iniquū enī eſt ut pudiciciā vir ab vxore exigat quā ipe nō exhibet.ar.ff.ad.l.iuli.đ adult.ſi vxor.§.iudex.s.di.xcv.eſto ſbiectus.Item fruſtra petit debitū q̄ qđ debꝫ nō impendit qđ enī q̄ſq3 iuris et cetera.ar.ↄtra di.ix.neq3 ar.s.e.q.iij.nemo.

INiquū ē.iudicaē.iij.q.viij.cuius in agendo.

INdignātur.pēdere.i.ſuſtinē a pc̄cō diſ.

i ¶Grauius.ar.maiorē eſſe reatū ex pſona delinquētis.ar.xi.q.iij.pcipue.xxv.q.i.nulli.ↄpcedere.qđ h̄ đr de viro reſpcū vxoris itelligēdū ē đ plato reſpcū clericorū.ꝛ đ clerico reſpcū laicoꝝ.ar.i.q.i.viliſſimus ut viij.q.i.c.vl.et de magiſtro reſpcū diſcipuloꝝ q̄s pcedere dꝫ

NOn mechaberis.

¶Victꝰ.i.a vicijs Q.vij.

NUnc autem hec queſtio non habet queſtionem.quia non poteſt dimiſſa vna aliam ducere niſi cū mr̄imoniū rūpit̄ et por deſinit eſſe vxor vel cū ſpōſa ingredit̄ monaſteriū.vel cū ifidelis dimittitur nolēs cohitare viro.xxxv.q.ij.đ inceſtis.et.q.vi.ſi duo.ex̄ de ↄuer.ↄiug.ex publico.et extra de diuor.quāto.

INteueniēte.diuortio.diuortiū aūt nō eſt verū n̄ qđ fit aīo ↄſtituēdi diſſēſionē.ꝗ.đ pe.di.i.diuortiū.diuortiū aūt dcm̄ eſt a diuſitate mētis.vel q̄r i diuſas ptes eūt q̄ mr̄imoniū diſtrahūt.ff.đ repu.l.ij.nec fit diuortium quo ad mr̄imonij eſſentiā ſed quo ad vſū carnis.

veſtrum ſine peccato eſt primus lapidem in illam mittat.Hinc etiam i euangelio pcipitur.ypocrita pͦmum eice trabē de oculo tuo et poſtea educes feſtucam de oculo fratris tui ¶Hinc etiā auguſtinus ſcribit in libro de ſermone domini in monte.

**Qui fornicatur fornicatiōis cauſa vxorē ſuā nō pͦt dimittere.**

NIchil iniquius eſt q̄ꝫ cauſa fornicationis dimittere vxorem ſi et ipe ↄuicitur fornicari.occurrit enim illud in quo alterū iudicas te ipm condemnas.eadem enim agis que tu iudicas.quapropē quiſquis fornicationis cauſa vult abicere vxorem ſuam prior debet eſſe a fornicacõne purgatus ꝛ immunis.quod ſimiliter etiā de femina dixerim.

¶Idem de verbis domini tractatu xlviij. **Qualē quiſq3 vult inuenire vxorem talem ſeruet ſe eidem.**

SI ducturi eſtis vxores ſeruate vos vxoribus veſtris quales vultis eas inuenire tales et ipe inueniant vos.quis viuens eſt qui nō caſtam velit ducere vxorem.et ſi accepturus eſt virginem quis nō intactam deſideret.Intactam queris intactus eſto.puram queris purꝰ eſto non enim illa poteſt et tu non potes

¶Idem in epl̄a ad paxentium comitem arrianum. **Iudiciū expetere de alio non debet qui de ſe iudicari contemnit**

INiquum eſt ut quiſquam de alio iudicare velit ꝛ iudicari de ſe nolit.¶Idem de adulterinis coniugijs. **Viri grauiꝰ ſūt puniēdi đ adultio q̄ feīe.**

INdignantur mariti ſi audiāt adulteros viros pendere ſimiles adulteris feminis penas.cum tanto grauius eos puniri oportuerit.quāto magis ad eos pertinet et virtute vincere ꝛ exemplo regere feminas.

¶Idem de.x.cordis.

**Sicut vir caput ē mulieris ſic adulterādo magis delinquit q̄ mulier.**

NOn mechaberis.id eſt non ibis ad aliquam aliam preter vxorem tuam.tu autem exigis hoc ab vxore et non vis hoc reddere vxori.et cum debeas in virtute precedere vxorem tuam quoniam caſtitas virtus eſt.tu ſub vno impetu libidinis cadis et vis vxorem tuam victricem eſſe et tu victus iaces.et cum tu caput vxoris ſis precedit te ad deum cuius caput es.vis domū tuam capite deorſum pendere.caput enim mulieris vir eſt.vbi autē melius viuit mulier quā vir capite deorſū pendet domꝰ.ſi caput ē vir melius debet viuere q̄ mulier et precedere in omnibꝰ bonis factis vxorem ſuam.¶Hijs auctoritatibus monſtratur ꝙ adulter adulterā dimittere non valet.

**Q. VII**

NUnc autem queritur ſi ille qui dimiſerit vxorem ſuā cauſa fornicationis illa viuente aliam ducere poſſit.quod autem hoc fieri non poſſit teſtatur auguſtinus in libro đ bono ↄiugali dicens.

**Vinculum coniugij fornicatione diſſolui non poteſt.**

INteruemente diuortio non aboletur confederacō nuptialis ita ut ſibi coniuges ſint etiā ſepati cum

et duplicit fit· vł ꝑpetuo ut ꝗ·ꝑx·q·v· ꝙ deo·vel ad tẽpus xxx·q·i· noſſe·
a Repudiũ·i·diuorciũ·naȝ repudiũ ꝓpe ẽ int̃ ſpõſos· ·ff·de·v·ſignifi·inter ſtuprum·⁊·cum diuorcium·
